

Autoritates pro primo gradu.

Augustinus ad hieronimum epistola. viij. distin. ix. decreti. Ego solis illis libris scriptoz. i. scriptozibus qui iā canonici appellantur didici hūc timorē. honorēq; referre. vt nullū eoz scribēdo errasse audeā credere. Idē i epla ad hieronimū. Si ad sacras scripturas vl' causas. admissa fuerint vel officiosa mēdacia. qd in eis remanebit autoritatis? Que tandē de scripturis illis. sentētia profereť. cuius pōdere. i. scripture autoritate cōtentiose falsitatis cōteret improbitas? Idē eadē distinctōe de vnico baptis. libro. ij. Quis nesciat sanctā scripturā canonicāz tam veteris q̄ noni testamēti certis terminis suis cōtineri. eāq; posteriorib; oibus epoz lris ita pponi. vt de illa omnino dubitari z disceptari nō possit vtrū verū. vel vtrū rectū sit quicqd i ea scriptū pstitit esse. Epoz aut lras q̄ post cōfirmatū canonē. vel scripte sunt vel scribuntur z p sermonē forte sapiētiore cuiuslibet in ea re peritioris z p alioz epoz grauiore autoritatē. doctiorēq; prudentiā z p concilia licere repbēdi si quid in eis forte a veritate deniatum est.

Nota descripiōes

aliquas q̄ sequuntur ex pmissis. Veritas catholica pōt describi. q̄ est veritas habita p diuinā reuelationē imediate vl' mediate. explicite in propria forma verborū. vel implicite in bona et certa consequentia.

Fides p habitu infuso describit. q̄ ē habitus supnaturaliter infusus inclinās ad credendū catholicis veritatibus Fides pro actu describit. q̄ est assensus verus et certus catholice veritatis ex infusa fide pueniēs. Fides p habitu acquisito sic describit cōformiter ad descriptiones q̄s dat phs de scia. arte et sapiētia. Q̄ est habitus verus z cert⁹ p auditū verbi xp̄i acquisitus si cut dicit apls q̄ fides est ex auditu. z auditus p verbū xp̄i. Et augusti. dicit q̄ p scripturā sacra fides saluberrima gignit. Dicitur verus. ad differētiā erroz. Cert⁹ ad differētiā opinionū. Adquisitus p auditū verbi xp̄i. ad differētiā sciētie. artis. sapiētie et intellectus. Fides p obiecto. q̄nq; dicitur ipa ppositio credita. vel aggregatio multozum credibiliū seu veritatū catholicarū

vt hic. Nec est fides catholica rē. Q̄nq; dicitur ipa res significata p propositionē creditā seu catholicam. Et ita nulla res est q̄n possit cadere sub fide. Q̄nq; dicitur ipa ratio credēdi. et hec vna est oim credibiliū. scz autoritas prime veritatis reuelātis q̄ nūc videtur in enigmate. Et sub hac ratioe dicitur fides argumentū nō apparentiū. Secus erit dū videbimus facie ad faciē. Veritas imprinēs ad fidē est que necsequit nec repugnat ad catholicas veritates. Veritas sapiēs fidē est veritas p̄tinens aliqd vel aliqd que sunt p̄rie de fide. cū aliquo vl' aliquib; adiunctis que non prinēt ad fides seu catholicā veritatē. Et opposita falsitas dicitur sapiēs heresim. si id quod adiunctus est sit tale quod nō possit vel debeat ratiōnabiliter negari q̄uis nō sit de fide.

¶ Finit.

De terminatio in

Concilio constantiensi.

Ecclesia vel generale Conciliū dum dicitur aliqua regitiua. ecclesiā concernentia. Papa nō est sic supra iura positiva q̄ possit sic pro libito disponere dissoluere: talia dictata p ecclesiā. eo modo et intentiōe. q̄ bus dictata. conclusaq; sunt. Ecclesia vel generale conciliū q̄uis nō possit tollere plenitudiez p̄t̄s papal. a xp̄o supnaturaliter z misericorditer collate. pōt tñ vsu ei⁹ limitare sub certis regulis ac legibus in edificationē ecclesie. Et in hoc est tot⁹ ecclesiastice reformatiōis stabile fundamentū.

Incipit tractatus

magistri Johānis de Berson. de protestatione circa materiam fidei contra hereses diuersas.

Prologus

Protestatio seu reuocatio generalis/aut cōditionalis/ q̄ querit nōnunq; assumi tāq; velamē iniquitatis/ z ad excusandas excusatiōes in peccatis/ p̄sertim ab hereticis. p̄posuimus declarare sub aliqb; cōsideratiōib;. qd protestatio generalis. qd cōditionalis reuocatio iuuat vel iportat. maxime dū in h sacro Cōstā. cōcilio/ sentim⁹ q̄ hereses vt cācer serpēt. z sub b̄mōi protestatiōib; delitescere q̄rūt/ iūctis p

relatiōib; q̄ sub terminis iur; positū velut in causis p̄phanis; sedulo p̄curant; vt nō p̄tinus in lucem prodeat veritatis catholice species atq; decus. **Finit proemium.**

Incipit tractatus

Prima consideratio.

Rotestatio circa materiam fidei / de qua sola nūc intēdimus / est q̄dam professio seu confessio facta exteri / ad ostēdendū qd de fide p̄ritās sentiat interi; / in p̄ra illud apli ad Roma. v. **Corde creditur ad iusticiā. ore autē cōfessio fit ad salutē.** Et sic ad salutē vt dixerit xp̄us **Luce. ix.** Qui me erubuerit et sermones meos. et filius hominis hūc erubescet coram angelis dei **Quo** contra **Bartheo** teste dicebat **Barthei. v.** Qui me cōfessus fuerit corā hominib; / p̄fitebor et ego eū corā p̄re meo. **Et** quib; elicit q̄ sicut credere cadit sub p̄cepto. sic cadit fide exteri; p̄fiteri semp̄ quidē. s; nō ad semp̄. cū sit affirmatiū p̄ceptū. **Obligat** autē semp̄ et ad semp̄ / dū ex omisiōe p̄fessōis libera / dispēdiū fidei / vel salutis detrimētū p̄babiliter imineret. vt corā tyrānis. corā hereticis. corā iudicib; / corā pplis. fides ē diuersimode palā p̄fiteāda. defendēda. testificāda. et ex officio p̄dicāda. **Notet Augusti.** sup̄ illud apli. oportet hereses esse. p̄me ad **Corin. ij.** **Et** recitat. **xxij. q. vlti. ca. finali** **Faciūt** p̄ hoc dicta sc̄pture **Johis. v. sc̄da** **Petri. iij.** **Malach. ij.** **Ezechie. iij. et. xxvij** et alibi sine numero.

Secunda confide.

Rotestatio generalis vel specialis de ip̄a fide. nō infert q̄ prestans errauerit / similiter nec reuocatio cōditionalis. **Hoc** est itaq; p̄spiciū. qm̄ hō qn̄ tūcunq; fidelis. dicere p̄ōt. prestoz q̄ nihil intēdo dicere nec puto dixisse p̄tra fidē. et si oppositū p̄tingeret vel p̄ngisset. illud enūc reuoco / vel retracto. **Sic** inueniuntur doctores catholici qn̄q; dixisse. imo et quotidian; mos apud exercitātes se in actibus theologie scolasticis sic se hēt / in q̄b; frēqn̄ter null; ē aut fuit de errore notat; q̄ sic p̄testat; aut reuocat. **Nihilomin;** aduertēdū ē q̄ refert prestari vel cōditionaliter reuocare / circa ea q̄ clarissime et explicite sunt de fide. sicut q̄ de; est oipotēs. q̄ prim; ē diligēdus. **Aliter** v̄o circa ea q̄ disputabilitatē v̄l difficultatē hnt aliquā. **In** primo siquides

casu fas est dicere cū ap̄lo ad **Galla. ij.** **Si** quis vobis aliud euāgelizauerit etiā angelus de celo anathema sit. **Quo** circa veniunt irridēdi qn̄q; / imo et corripēdi nōnulli q̄ cōclusiones theologicas posituri / dicūt **Protestoz** q̄ nihil volo vel intēdo asserere sed tūc disputatiue loqui. **Deinde** ponunt talē aliquā cōclusionē. **Deus** est oipotēs deus est trin; et vnus. quasi videlicet cōclusiones tales nō in certissima credulitate. s; sub probabilitate tradi possint **Deniq;** sic est iudicandū de oib; ad q̄ p̄fiteōs fidē suam / obligat; explicite credere / vel ex officio vel ex eruditōe / vel ex diuina reuelatione. vel ex aliq̄ tali mō **Alioq;** sic dubi; in fide infidelis est. sic et dubie p̄fiteōs certā fidē. **Neq;** tūc negādū est qn̄ protestatio seu submissio reuerēntialis / fieri possit. sic egit apostol; cōferēdo euāgelii suū. de q̄ p̄ reuelatiōe cert; erat cū petro et alijs aplis. q̄b; tamen oppositū si fieri potuisset / dicētib; nequa; credidisset.

Consideratio. III.

Rotestatio generalis d̄ fide stat cū errore p̄ticulari circa eā. et similiter cōditionalis reuocatio **Vidimus** hoc et videmus in ip̄is hereticis. q̄ errāt videlicet pertinaciter contra fidē circa ea q̄ tenent explicita fide tenere / exteri; p̄fiteri. quoz nihilomin; vox ista est / **protestoz** q̄ esse volo bon; catholicus. et si scirem aliq̄ quid esse p̄tra fidē. illud statim vellē reuocare. sic **Arrius.** sic **Sabellius.** sic heretici n̄ri ip̄is plez; dixerūt. q̄s tūc dānatio iudicialis interemit / vel p̄didit. **Daf** ad cōsideratio nē hāc ratio talis. qz stat q̄ aliq̄s credit aliq̄d in generali. vt q̄ fides catholica vera est / et p̄ hac mori vellet. q̄ nihilomin; in speciali credit de aliq̄ veritate catholica q̄ nō sit de fide / errās p̄tinaciter circa illā **Si** mile dicit **Aristoteles** q̄ p̄tingit aliq̄d scire in generali / et illud vel nescire. v̄l de illo dubitare in p̄ticulari. **Exēplū** est de ista. **Dis** mulla est sterilis. h̄ aial nō est sterile demōstrata mula quā aliq̄s putat esse pregnan; tē ob turgidū vētrē. et nescit vel nō aduertit hā esse mulā. et ita sicut in h̄ casu iste nesciēter errat. sic et ali; de quib; loquimur dicuntur nesciēter heretici prout infra docebitur.

Consideratio. IIII.

De protestatione

Protestatio generalis de fide, non sufficit ad purgationem erratis pertinaciter, sic nec conditionalis protestatio. Sequitur hoc ex precedenti. **Quid** etiam ratio talis est, quod debet erras particulariter et explicite circa ea que sunt fidei, querere cauta sollicitudine veritatem fidei, et obedire que sit/ac sufficenter edoce, tam credendo interius, quam exterius profitendo. Alioquin ostendit se non paratum corrigi. **Ostendit** quoque se non credere sacre scripture catholice, dum non credit eis que sufficenter contineri monstrant in eadem scriptura, formaliter, vel in consequentia euidenti seu certa, quam si non corrigat per hanc regulam scripture, nihil reliquum est per quod ad viam veritatis reducat secluso miraculo. Denique talis prestans seu conditionaliter reuocans, dum facit vel dicit oppositum sue protestationis ac reuocationis, patet ipsum non inde iustificari, sed magis infici, cum sit ipse sibi in contrariis. **Rursus** talis alios per huiusmodi protestationes et reuocationes ab errore non reuocat, neque scandalum datum tollit, neque captiuat intellectum sub deo in obsequium fidei. **Stat** enim talis protestatio cum infidelitate, cum scandalo, cum timore et arrogancia. **Propterea** statutum inuenitur in sacris canonibus, quod errantes dum correcti recipiebant, dabatur libellum sue confessionis absolute de fide et abiurationis de errore. **Recte** quidem, sicut et in foro penitentiali non sufficit sub conditione facta confessio, dum aliquis scit vel scire debet absolute quod peccauit, secus ubi non habetur certitudo, sed scrupulus aliquis timidus, et vacillans, nesciens si hoc fecit, vel malo modo fecit, quemadmodum circa cogitationes carnis, quas in continens sensit, trepidat, vel ignorat si consensit, quo casu sufficit conditionalis confessio et salua veritate doctrina **Bregio**, Bonarum mentium est inquit agnoscere culpam, ubi culpa non est. **Docet** est penitentiam quasi pro culpa recipere quasi reus esset. **Sed** opponitur contra considerationem de nesciente heretico, qui mentiretur contra conscientiam, si reuocaret. **Responsio** plana est, quia tenet conscientiam deponere, ex quo supponitur quod pertinax est secus ubi quis errat non imputabiliter, quod pro tunc non tenet conscientiam dimittere sed bene postmodum dum mouet legitime. **Facit** pro consideratione. **Calixtus** sicut habet extra de pe, et re, ca. i. **Danifesta** peccata non sunt occulta correctione purganda

nec sub conditione.

Consideratio. v

Protestatio generalis et conditionalis reuocatio, veraciter facte, sufficiunt ad excusationem aut purgationem, dum prestans et conditionaliter reuocans errat circa ea que non tenent explicite credere, vel absolute confiteri. **Declarat** hoc in illis, que promptum habent animum, statim obedienti veritati cognite, ut si theologus aliquis vel non theologus erraret circa unam propositionem in biblia positam. **Exempli gratia** quod samuel vicit in reges ipsum saul, vel quod dauid fuit pastor omnium, non ideo diceret statim hereticus, quod forte nunquam vidit vel audivit textum illius scripture, sed postquam ostendit in textu sic haberi, continuo credit et assentit, et ita protestatio et conditionalis reuocatio saluant eum, ne pertinax esse vel fuisse condemnetur. **Pertinax** dum de ignorantia sua potest afferre sufficiens documentum, alioquin forte iudicaretur apud homines pertinax fuisse, apud deum vero maneret innocens. **Propterea** positum est in consideratione hoc adverbium, veraciter, per quod excluduntur, qui non ex animo, sed sic et inaniter protestantur dissidentes in semetipsis corde, voce, et opere.

Consideratio sexta.

Protestatio generalis de fide, que dicitur aliquid sufficit mihi fides ecclesie, sufficit quod saluetur in fide parentum, sufficit mihi dicere credo in deum, non saluat spiritus hominum, prestantes enim si non errant. **Deducit** hoc, quod non sufficit sola fides generalis et implicita sed explicite requiritur apud istos que de minimis, apud alios amplius. **Utrum** symbolum generale apud omnes capace rationis est illud, quod posuit apostolus ad **Hebræos**, **Crede** enim oportet accedere ad deum, quod est et in quatenus se remunerator sit. **Porro** apud christianos que habet scripta est aptior reuelatio de credendis, non sufficit hoc symbolum, sed debent explicite credere symbolum apostolorum, et illud addiscere, pertinax ut veniunt ad annos discretiōis, sic ab initio dum baptizabantur adulti fiebant pertinax catholici, profiteres explicite fide sua quemadmodum, pro puulis patrum nunciantur. **Deinde** sunt multa de fide per uniuersos penitentianos, promulgata in predicacionibus, in picturis, in mutuis relationibus seu collationibus, in obseruationibus autentice celebritatum sanctorum, et ita de reliquis. **Hec** autem talia que publice fiunt non est licitum sicut dicit canonicus ignorare. **Non** enim

excusarent laici si non crederent infernum esse. si non bonos angelos. si non malos. si non sanctos et sanctas. Si non preterea decem precepta legis iuxta planum et textuale eorum intellectum ut quod non est idolatrandum. quod non piurandum quod non occidendum. quod non furandum. quod non mechandum. et ita de reliquis primis impressionibus. legibus. ac inscriptionibus nature / quibus nemo capacitatis maxime postquam sibi traditi sunt per doctrinam / permittit ignorare. Amplius vero sunt alij quos ultra simplices et commune vulgus hominum / necesse est habere fidem explicitam de plurimis / multiplici et specialiter quadruplici ratione. Primo propter officium pastorale super alios / ut pascant eos in fide et doctrina / et ab hereticorum argutijs sapienter defendant. Constat enim quod alij sunt in ecclesia ad hoc obligati ex officio. alioquin non esset sufficenter instituta. Isti autem sunt prelati / iuxta quod presertim veteris et testamenti scire / quod et apostolus sepius explicuit dum timotheum et titum carissimos discipulos instrueret et universis regi / in quod posuit nos spiritus sanctus / cuius episcopus regere ecclesiam dei debet. Deinde secundo sunt doctores / in sacris litteris professores / quos ignorantia non potest excusare / quin sciatur explicita plurimas veritates contentas in biblia / et alias ex eis deductas. Alioquin doctoris nomen et gradum danabiliter et inexcusabiliter usurpareret. Proinde sunt alij de statu etiam laicali / quos oportet multa scire de legibus divinis preceptorum moralium / de articulis et explicite propter susceptum ab eis officium. ut quod rectores populorum. quod iudices eorum. quod consiliarii vel assessores sunt eorum dem rectorum. et iudicum / in causis varijs / criminalibus atque civilibus. quod animadvertens salomon perivit a domino cor docile / et intelligens ad faciendum iusticiam. et ad faciendum iudicijs. Est itaque regula quod nullus ea que sunt officij sui permittit ignorare / que regula respicit nedum prelatos maiores / aut principes superiores. sed minores et inferiores / in utroque statu / clericali ut sunt curati et professores in foro penitentie. et in statu laicali ut prepositi vel ballivi. Postremo surgit quarto generalis obligatio ad credulitatem aliquorum explicitam. non ex solo gradu hierarchico / sed ex alijs donis gratuitis. ut sunt vivacitas ingenij naturalis. ut iudicium solers. ut vis gnomica vel epichekes. ut particularis eruditio / ut vehemens applicatio ad scripturas

sacras canonicas vel civiles. Hic enim veritate habet illud Gregorij. Tantum ab unoquoque deus exigit quantum dedit. Quo fit ut perspicua sit consideratio / que dicta est adversus reprobam nonnullorum perfidiam vel taciturnitatem. qui dum fides confitenda venit explicita. se in implicita latere tutos putant aut qui talentum multiplicis doni naturalis vel gratuiti. quod multiplicandum / susceperat a domino spiritualibus incrementis / defodiunt in terram superuacue vel nomine curiositatis temporalis. sibi blandientes quod in fide non errant. quippe de ea nihil sciunt. curant vel interrogant. Notetur pro consideratione sanctus Thome. ii. ii. q. ii. arti. vii. Explicatio inquit fidei ad inferiores homines. oportet quod veniat per maiores. quod probat autoritate Dionysij / concludens quod oportet eos plenius habere noticiam de credendis et magis explicita credere.

Consideratio VII

Protellatio generalis / seu conditio nalis reuocatio que dicitur ab aliquibus / pertinaciter errantibus. Si hec veritas mihi nota esset / scit deus quod libenter eam corde credere ad iusticiam / et ore confiterer ad salutem. non excusat tales apud deum vel homines. Fundat hoc super illud evangelij ecce venit hora et nunc est ut omnis qui vos interficit arbitret se obsequium prestare deo. Sic apostolus prius errans in christianorum persecutione iudicabat de seipso. Sic ad iudeos loquens dicit. et nunc scio fratres quod hec per ignorantiam fecistis / quos tamen non excusabat de nece christi. dum alibi dicit. Ignorans ignorabitis. Erat quippe iuris ignorantia affectata crassa vel supina. Sic heretici dum se mortitradunt / per defendendis erroribus suis / arbitrantur se catholicos et mereri. habent quippe zelum prout dat aliquibus testimonium paulus. sed non secundum scientiam. quare non secundum scientiam. Admirum quia scientie dei (que est scriptura sacra) suam sophisticam scientiam sic preponunt / quod eidem nolunt esse subiecti. quis aliter sint sibi met conscius / non tamen in hoc iustificati / quod mentitur iniquitas sibi.

Consideratio VIII

Protellatio generalis / seu conditio nalis reuocatio / quandoque sufficunt excusare protellaciones apostolorum

De protestatione

exterius/quē non excusat in interiori foro de^o/et ecōtra. Cōsurgit hec varietas. qm̄ aliter iudicat deus/aliter hō deus inspicit corda et scit quid intus agat. cōformiter ad protestationē seu reuocationē aut difformiter ad eā. Humanū vero iudiciū id spectat quod foris est. et vñ certificari pōt p signa testes/voces et opa. Quo fit vt vere credēs interiorius et explicite. qñq; nō possit h̄ ostendere ptra testes et signa/aliqui aut fit econtra. vt q̄ veraciter est hereticus i corde/ ille humano testimonio p allegationē ignorantie vel aliter catholico cōfessat et absoluat. Qualiter autē debeat aliq̄s pbare q; nō fuit p̄tinax p allegationē ignorantie vel simplicitatis hoc magis iuribus posituius cautum est/ q̄bus inter cetera dicit q; allegans ignorantia pbare debet illā. Tradūt similititer/ q̄bus argumētis testibz iudicijs pnt et debent iudices ecclesiastici p̄tinaciā conuincere p̄sentē vel p̄teritam in errante.

Consideratio. IX.

Protestatio specialis de fide/ sicut et absoluta reuocatio de errore req̄runt ad iustificationē illi⁹ q̄ p̄tinax errorē absolute tenuit in verbis et in factis q; si legitime monit⁹ facerere nūit ip̄e pertinax cōfessus est. Ostēdit p̄ma ps tali ratione. Nulla protestatio seu reuocatio q̄ cōis est oibus catholicis. sufficit ad iustificationē errantis i fide p̄tinaxiter et explicite duz hoc scit aut scire debet. qm̄ nō est idē iudiciū de catholico et errante/ sicut nec innocente atq; p̄ctore/ respectu cōfessionis sacramentalis. Cōstat autē protestationē generalē cuius reuocatioē conditionali ab oibz catholicis. sine mēdatio. sine diffamatione fieri posse. Requirit igit p̄ errantibz specialior reuocatio. Altera ps manifesta est/ q; talis nō ostēdit se q̄rere cauta sollicitudine veritatē. sed forte quadā dissimulatiōe palliata velamine reuocatiōis hmōi cōditionalis q̄ ad veritatē nō est nisi quedā protestatio fidei generalis/ et non p̄prie reuocatio. q; conditionalis nihil ponit. Facit pro hoc quod dictuz est sup̄ius consideratione q̄ta circa finem

Consideratio. X.

Protestatio catholica de fide/ cū reuocatioē particulari et absoluta de errore/ licet iustificet errantē q; mō non sit habendus pertinax aut hereticus/

nō absoluit tamen qm̄ talis extiterit. Pre-supposita notorietate prime partis in vtroq; foro dei et hominis. q; talis corrigit et obedit veritati/ neq; tenet plus errorē quē deserit p̄ absolutam reuocationē. deducit altera pars. Cōstat itaq; hoc solo priuari deū/ facere. scz p̄terituz non fuisse. vt notat Hieronimus et salomon. quisquis igitur fuerit de p̄terito sic adherēs errori suo cui⁹ oppositum tenebatur explicite fide tenere aliquo modozū p̄tacto. quod persistebat i illo errore monitus etiā legitime/ vel edoctus/ seu fraternaliter/ seu doctoraliter seu iudicialiter/ p̄ scripturā/ sacram/ p̄ rationē euidentē aut aliter. talis vere fuit p̄tinax i errore. et ex consequenti nedum hereticus. sed hereticus. propterea quantūlibet emēdetur nunc/ potest declarari fuisse talis. atq; hereticorum penis subijci. sub perpetua carcerali custodia/ vel aliter/ sublat⁹ sibi q̄buslibet dignitatis officij vel honoris insignibus. Solet tamen apud ecclesiam/ misericordia superaltare iudiciuz p̄sertim humilitate reuocantis errorē sponte/ palam et absolute prospecta. **O**si dixerit protestans huiusmodi/ **E**cce paratus fui semper audire ecclesiam. audire determinationē sedis apostolice. vel sacri cōcilij/ qualiter accusor nunc de p̄tinacia circa doctrinam aliquā/ p̄iusq; fuerit hoc modo declarata. difinita. et iudicata. Quid eni mihi de inferioribus iudicijs/ quid de doctoribus. et errorum diffinitionibus/ quibus obedire neq; astringor. vt qui subiectus ei nō suz. sed prelatuz vt ip̄i. doctor vt ip̄i. Sic blandit p̄tinax arrogātia sibi/ sic se fallit et alludit tanq; videlicet nihil explicite credendū sit nisi papa p̄t. nisi cardinalis illud sub prescisa verborū forma snialiter dāauerit. Est itaq; lōge alit. iuxta deductionē illoz q; p̄bāt nullā inueniri posse nouā heresim. q; q̄cūq; def̄ illa pus erat scripture sacre p̄traria ab ip̄a q; dānata. sicut modo dicēte Augustino. si quid nouū est hic. scilicet in scriptura sacra dānāf. **F**atemur nihilomin⁹ posse fieri declaratiōez nouā. tā doctrialit⁹ q; iudicialit⁹ aliq̄ heresi/ q; scripture sacre p̄pugnāf est q̄ declaratio et si fieri habeat p̄ncipaliori ac superiori auctoritate generalit⁹ obligante per sedē apostolicā et sacrum conciliū. **F**it nihilominus quotidie legitima declaratio talis/ per doctores et expositores sacre scripture ac p̄ prelatos inferiores. q; opoz

ret explicite multa scire ad instructionē po-
puli sui. **D**ecā autē declaratio et si nō obliget
vt precise talis est/alienos, obligat tamen
vt conuincit esse facta cōformiter ad sacra
scripturā/que est antecēdēs, quo concessio/
si cōsequentia negari rationabiliter neq̄t/
concedēda est consequēter explicite cōclu-
sio/que declarat et inferit/qm̄ ex veris nō se-
quitur nisi verum. Itaq̄ si quis diceret, q̄
christus nō habuit neruos, aut q̄ omis pu-
er non baptizatus pōt licēter occidi/aut q̄
pro bono cōmuni licitū est falsum dicere.
Talis p̄seuerās post declarationē sufficiē-
tem sibi factam/non excusare a pertinacia
quantūcumq̄ clamaret, peto iudiciū ecclē-
sie vel sacri concilij, huic me submitto/hāc
audio. **P**otest equidē tali dici/quod actus
est ne agas, qd̄ iam diffinitū est diffinien-
dum non expectes, diffinitū in q̄ et si non
in eadē verborū forma, tamē in effectu et in
sentētia, vnde sit vt aliquis vno tēpore te-
neatur aliquid explicite credere /ad qd̄ pri-
us fides implicita satis erat, s̄m Thomā,
ij, ij, q. ij, vbi loquit̄ de credendis implicite
vel explicite.

5 Consideratio. xi.

Protestatio specialis de fide/vel ab-
soluta reuocatio specialis de erro-
re, nō debet fieri necessario, dū q̄s
errat nesciēter in fide. **C**onstat itaq̄ q̄
nullus mētiri tenet, hic autem nesciēter e-
rans, si se diceret errare, mentiret̄ stante ta-
li conscientia. **T**alis p̄terea penas hereti-
corū vel infamiā/etiā postea q̄s dephendit
errasse et absolute reuocat, nō incurrit. **P**a-
tuit hoc in augu, q̄ multa prius nesciēter
errata/postmodū absolute correxit sub no-
mine retractatōis/vel aliq̄ tali mō loq̄ndi/
quē reuocationē denotabat/vtēdo talibz
verbis temere dictū est, min⁹ p̄siderate di-
ctū est, s̄ improbo, hoc nō approbo, s̄ mi-
hi nō placet. **N**otet ad hoc idē Augu, ad
vincentiū, cxxiij, q. vlti, ca. finali et gelasi⁹
ibidē, q. ij, ca. negat. **E**licit cōsequentēter
ex istis differētia multiplex inter sciēter, et
nesciēter errātes, et inter sciēter et nesciēter
hereticos. **E**t hoc quo ad tria q̄ sunt crimē
modus/et pena/iuxta qd̄ notet̄ dictū augu
xxiij, q. iij, c. dixit apls, vbi ait, **Q**ui sentē-
tiā suā q̄uis falsam aut p̄uersam/nulla p̄-
naci animositate defendūt, p̄sertim quā nō
audacia sue p̄sumptōis ceperūt, sed a sedu-

ctis atq̄ i errore lapsis parētibz acceperūt/
querūt autē cauta sollicitudine veritatē, cor-
rigi parati cū inuenerint, nequaq̄s sunt in-
ter hereticos reputādi. **U**n colligit q̄ q̄
duplex est modus errādi circa fidē, **U**no
mō credēdo q̄ fides catholica sit falsa, aut
scriptura sacra, et sic errās dici sciēter he-
reticus/qz nō est parat⁹ corrigi/cū neget re-
gulā p̄ quā bēt̄ dirigi seu reuocari. **P**otest
alio mō q̄s errare/credēdo generaliter q̄ fi-
des catholica sit vera, sed estimat aliquā eē
fidē catholicā/q̄ i veritate nō est catholica/
sicut arriani recipiētes scripturā sacra, s̄ ad-
sensum p̄uersum/q̄ sectā suā solā putabant
esse catholicā/bi sunt nesciēter heretici. **E**r-
rāt autē p̄cedētes i vtroq̄ mō cōtra fidē quā
tenent explicite credere. **S**ūt alij circa fidē
errātes i his q̄ nō tenent p̄ tūc explicite cre-
dere et hoc dupliciter. **U**no mō p̄naciter,
qz nō parati sunt corrigi, sed p̄pter supbiaz
suā, aut aliter p̄p̄riū defendūt errozē, **A**lte-
ro mō dū parati sunt corrigi, p̄tinus agni-
ta veritate, qz nō p̄tinaci animositate defendūt
errozē, s̄ ex sola simplicitate vel ignorātia
sunt i errore. **C**eterū inter hos q̄tuor modos
p̄mi magis peccāt q̄ scōi et secūdi q̄s tertij et

Dod⁹ errādi s̄nt diuersus ē, qm̄ i duo-
bus p̄mis errozē inuenit̄ quē tenētur expli-
cite discredere et diffiteri, tertij vō p̄naci-
ter errāt i illo cui⁹ oppositū p̄ tūc non tenē-
tur explicite fide tenere sed implicita, s̄ qz
rennuūt corrigi dicitur heretici. **Q**ualiter
vero dephendat̄ aut cognoscat̄ talis p̄tina-
cia declarat̄ summam i alijs duodeci con-
sideratiōibz q̄ ad hāc vnā reducūtur hic ab-
augu, positā, q̄ tales nō q̄runt cauta solici-
tudine veritatē, s̄ ei⁹ declaratiōi resistunt/
omissiue vel cōmissiue, varijs modis /p̄ se
vel alios/verbis aut factis /iudicialiter aut
extraiudicialiter/terroribz aut muneribus
minis aut blādicijs /p̄pter deprauatiōez af-
fectus/cā alicui⁹ cōmodi t̄p̄alis assequēdi/
vel incōmodi deuitādi, circa diuitias, deli-
tias vel honores. **H**abem⁹ i his tripli-
citer errātibz diuersitatē i crimine et in mō,
pena s̄nt diuersa ē q̄ ad aliq̄. **N**ihilominus
tertij puniēnt̄ sic duo p̄mi/si iudicialit̄ euo-
cati se corrigere/si errozē absolute reuocare
si veritatē oppositā p̄fiteri noluerūt, qz relin-
quent̄ curie seculari, aut si se correxerint pe-
nitentiē salutari / **A**uero q̄rti qz nō iūgūt
errozi suo pertinaciaz nūc vel antea, q̄uis
sunt corripiēdi per reuocationem errozis.

De pertinacie nota

Ipsi tamen nequaquam sunt penis hereticorum plectendi/nec infamia notandi. sicut apud scholasticos theologos in preclara vniuersitate parisiensi. frequenter obseruatur. quos protestatio generalis et conditionalis reuocatio inuit/ad hoc ne de pertinacia notarent iuncta humilitate qua prorsus reuocant errorem nedum conditionaliter sed absolute / quae reuocatio sufficit magistris ad purgationes nec ab actibus studiij legitimis exercendis vel consequendis reuocantes obinde repelluntur

Consideratio. xii.

Protestatio generalis/aut conditio-
nalis reuocatio/nō obstat quin sic
protestas aut reuocans dici possit
suspectus de heresi. quāquam leuiter. quāquam ve-
hemēter. aliquā violēter. Patebit hec consi-
deratio p̄cedētes. si docuerim⁹ quod est di-
cendus de heresi vel leuiter vel vehementer
vel violēter suspect⁹. Et hoc alias latiori
sermone declarauim⁹/nūc sumam repeta-
tur. Itaque suspitio leuis puenit ex signis
exterioribus operum vel uerborum. ex quibus cog-
nitis accipit iudicia quae concludi pōt nō quod
frequenter. sed raro seu contingenter. ut in pau-
cioribus / quae talia agēs vel dicēs est hereti-
cis. Itaque consequētia leuis est et thopica. si
cut arguerem⁹. Petrus nō uenit ad ecclesiam
in solēnitate natiuitatis bē Marie uirginis
ergo nō bñ sentit de ea. vel sic Petrus
assumit nomē dei frequenter in uanū. deie-
rās et negās eū. ergo nō bene credit de eo.

Porro uehemēs suspitio prouenit ex si-
gnis exterioribus operum vel uerborum. ex quibus
cognitis accipit argumētū concludēs frequē-
ter et ut in pluribus. quae talia agēs vel dicēs est
hereticus. ut si quis neget explicite. palam. et
publice ea quae debet ex officio scire pl⁹ quāquam alijs.
quibus possit in rei ueritate negatio talis ex
ignorantia puenire. vel animi leuitate: non
ex heretica prauitate. Dicim⁹ demum sus-
pitionē esse violētā quae sumit ex signis exte-
rioribus operum vel uerborum. ex quibus cognitis
concludi solet efficaciter et ut semp / quae talia
agēs vel dicēs est heretic⁹ / quē admodum si
quis p̄dicet publice quod ip̄s nō fuit uer⁹ deus.
quod de⁹ nō est diligēdus sup oia / quae licitū est
passim hoīes occidere sic bestias. quae iura-
mēta nō sūt tenēda. aut si patēter adoret se-
pulcrū Machometi. vel si deferat habitus
iudeis appropriatū. nō quidē ioco faciēs
hoc / sed serio. Estat nepe quae possibile est

taliam facientem vel agentem tenere ueraci-
ter interius fidē catholicā. sicut de salomō-
ne idolatrante. et de marcellino idolis sa-
crificante / dicunt multi / quod neuter eorum fuit
hereticus in mente. Nihilominus ecclesia
de exterioribus iudicans non de occultis /
arguet in talibus uolentā presumptionem
et s̄m eam feret iudiciū. Exemplo salomo-
nis de meretricibus. i. Regū. iij. et hoc ni-
sitalis uolēter suspectus se legitime pur-
gauerit. allegando uel ignorantiam uel ti-
morem. uel fictionē. uel aliquid huiusmo-
di / paratū corrigi se demonstrans. Quo
circa patet ualere plurimū circa suspitioēs
huiusmodi assumendas pro argumētis
considerare consuetudines patriarum lo-
corum temporum. personarum. modos et
iudicia. Uenit quippe quod uerbum unum
dabit suspensionem heresis in uno loco uel
in una persona. quod in alio loco uel per-
sona nihil reputabitur. Exemplum de ne-
gantibus et despicientibus deū quotidianis
uerbis in certis p̄tib⁹ quod in alijs p̄tib⁹
multis horridū iudicaretur et heresi proximū.

Has interim consu-

derationes duodecim posuisse uelut in trās-
cursu suffecerit. xxix. mensis octobris anni
D. cccc. xv. in ciuitate Constantiensi. ubi sa-
cruū agebatur generale concilium. p̄estans
te eo qui est deus benedict⁹ in secula Amē

Finit

Sequuntur. xii. cō-

derationes s̄m totidem signa quibus so-
let aliquis de pertinacia notari uel cōuini-
ci. circa materiam heretice prauitatis. pre-
mittendo qualis sit pertinacie diffinitio
uel ratio.

Pertinacie propria ratio que er-
rantem in fide seu hereticantem
efficit hereticum. consistit in de-
prauatione uoluntatis per sup-
biam. aut aliud officium. dum non uult et
rans cauta sollicitudine querere ueritatem
aut dum perspecte monstrat⁹ renuit as-
sentire uel errorem dimittere. Dicitur enim
pertinax s̄m ysidorum quasi imprudenter
tenax. qui persistit in illo scilicet quod de-
beret dimittere. Ceterum pertinacie signū
exteriorius multiplex inuenitur. Cū quis
sustinet ex cōuicatioē uelutro. nec pōt se suffi-
cienter excusare. Et h̄ sumit ex iuris p̄sūptōe.